



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Valles, Abyssi, Putei, Lacus, Cisternæ.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

fluviam incendit. Jac. 3. Per te magna exaltat,
intellige, suscitat, efficit. Nam quot verbis tot
ictibus animos audientium ferit, & integra sub-
inde regna inter se committit, agitque quod vult.
Verè mors & vita in manibus lingue. Prov. 18.

Valles, Abyssi, Putei, Lacus, Cisterna.

Induti sunt arietes ovium [vellere optimâ
lanâ] & valles abundabunt frumento. Cla-
mabunt, etenim Hymnum dicent. Ps. 64. Ju-
bilabunt ob carum ubertatem homines, & lau-
dabunt Deum. Per valles uberes etiam desig-
nantur humiles, in quos defluit frugifer cæle-
stis imber. Ad te O Virgo Beata suspiramus ge-
mentes & flentes in hac lacrymarum valle. Quan-
tas offendisti mihi tribulationes multas & malas
(experiri me fecisti) conversus placatus vivifi-
casti me, de abyssis terra extremis malis iterum
reduxisti me. Ps. 70. Abyssi operuerunt eos, de-
scenderunt in profundum quasi lapis. Exod. 15.
Ægyptii in mari rubro submersi. Dedit abyssus
vocem suam, altitudo manus suas levavit. Habac.
3. Intelligitur de aquis maris rubri, & Jordanis
cum sonitu ascendentibus. Abyssus abyssum in-
vocat. Ps. 41. in sensu litterali. Una calamitas
succedit alteri, sicut fluctus fluctum premit.
In sensu morali intelligitur de peccatore, de
homine abysso nihilitatis invocante Deum in-
finitæ Majestatis. Iudicia tua abyssum multa. Ps.
35. Miserunt eum (Joseph) in cisternam vete-
rem. Gen. 38. Sic premitur, non opprimitur
inno-

432 *Pars secunda de elevatione
innocentia.* Idem docet missus in lacum leonum
Daniel Dan. 6. Foderunt sibi cisternas, que con-
tinere non valent aquas. *Jer. 2.* dicitur de Ju-
dæis frustra ab Ægyptiis opem sperantibus, &
applicatur Christianis, Religiosis Deo derelicto
mundana quærentibus solatia. Cùm à fortibus
per media hostium castra allata esset Davidi siti-
enti aqua *ex cisterna*, que est in Bethlehem. 2.
Reg. 23. Is insignis sui viator libavit eam Do-
mino. *Posuerunt me in lacu inferiori [sepul-
chro] in tenebris, & in umbra mortis.* Ps. 87.
Ob mala inficta mihi visus sum jam ibi esse.
*Non absorbeat me profundum, neque urgeat su-
per me puteus os suum.* Ps. 68. Afflictio me non
ità obruat, ut inde non possim emergere. Sicut
ille, qui in puteum cecidit, eoque obstructo
evadendi spem non habet. Verè infernus ur-
get super damnatos os suum, quia inde in æter-
num eluctari non possunt. *Eduxisti ab inferno
animam meam, salvasti me à descendentibus in
lacum.* Ps. 29. Hoc de morte & sepulchro in-
telligitur. A quibus Propheta se liberatum esse
dicit, & vitam adhuc ei à Deo prolongatam.
Intelligitur alias in Scriptura per infernum lo-
cus ipse damnatorum, & per lacum purgatorium,
vel limbus Patrum. Et hoc aniam præbet
denuò agendi de aliquibus contra-
versiis cum Hæreticis.



Sub-